Holkot, Robertus: Super sapientiam Salomonis
Basel: [Johann Amerbach, and Johann Petri de Langendorff?], 1489, 1489 Seite 33



israel. Diligite iusticiā qui iudicatis terrā. Cō
stat ꝙ ecclesia nec dubium nec falsum asserere
vult in missa. ¶ Propter istas septē rationes
tenendas apparet ꝙ salomon fuit auctor istius
libri principalis. Possibile ē aūt ꝙ iudeus ille
philo qui multū fuit peritus in lingua greca.
librū salomonis vel libri sententias quōcunqꝫ
cōtentas in greco ediderit: ꝛ ꝙ de greco trans
latus sit liber suus in latinū: ꝛ pro tanto ipsiꝰ
auctor dicat. Quantū aūt ad Hiero. verum ē
ꝙ nō asserit librū istum philonis fuisse: sed di=
cit ꝙ iudei librū istū cuiusdā philonis fuisse af-
firmant. Vñ Rabanus in glo. sup principiuꝫ
istius libri. male hoc imponit Hiero. ꝙ Hiero
nymus nō asserit sed recitatiue scribit. Qđ au
tē inter sacras scripturas debeat numerari: ex
presse dicit Augꝰ. de doctrina xpiana. vbi priꝰ
oēs libros canonis ꝛ biblie cōsequent enume
rās: de Sapia ꝛ Ecclesiastico sic dic. Qui qm̄ i
auctoritatē recipi meruerūt. inter ꝓpheticos
eni enumerandi sunt. Ex istis pꝫ ꝙ iste liber
inter scripturas canonicas apud ecclesiā com
putat. Et ꝙ eius auctor salomon fuisse dicen-
dus est. Licet a iudeis oppositū sentiat. Unde
Damascenus. iiij. li. sniaꝝ suaruꝫ. ca. ix. vbi li-
bros sacre scripture enumerat dicit sic. Pana
retos. hoc ē liber sapie salomonis. ꝛ sapiētia
iesu. i. ecclesiasticus. virtuosi quidē ꝛ boni sꝫ
nō numerant neqꝫ iacebūt in arca. hec ille. Et
iō licet apud iudeos nō numerant. apud fide
les tñ magne auctoritatis habent. Patet ꝙ pri
mo de huiꝰ libri noie. Secūdo de huiꝰ libri au
ctore. Tertio restat videre de huius libri fine.
¶ Ubi sciendū ꝙ finis sapie q̄ in hoc libro tradi-
tur ē hoiem disponere ꝛ dignificare specialit q̄
ad tria. Primo ad gubernandū ciuilē cōitatē
Principiū eni leges cōdendi ꝛ humanā poli=
ciam statuendi: fuit sapientia p eloquētiā ordi
nata. sicut narrat Tullius in prologo rhetori-
ce ita dicēs. Fuit quondā tēpus cū i agris ho=
mines pasti bestiaꝝ more vagabant sibi: ꝛ vi=
ctu ferino vitā ꝓpagabant: nec rōne animi q̄c
q̄ꝫ sed pleraqꝫ viribus corpis administrabant
nedū diuine religionis. nō humani officij rō
colebat. nemo nuptias legitimas viderat. nō
certos quisq̄ꝫ cōspexerat liberos. nō ius equa-
bile q̄d vtilitatis haberet acceperat. Ita propt
errorē atqꝫ isciciā. ceca atqꝫ temeraria dñatrix
cupiditas: ad se explendā viribus corpis abu
tebat pniciosissimis satellitibꝰ. Quo tpe inq̄t
Tulliꝰ. vir q̄dā magnꝰ ꝛ sapiēs cognouit que
materia eēt. ꝛ quātas oportunitaad maximas
res animis inesset hominum: si quis eā posset
elicere ꝛ p̄cipiendo meliorē reddere. q̄ disper=
sos hoies in agros ꝛ in terris siluestribꝰ abdi-
tos: rōne quadā cōpulit. ꝛ ad vnū locū ꝯgre=
gauit. ꝛ eos in vnāq̄ꝫqꝫ rem reducēs vtilem et
honestā. Primū propter insolentiā reclaman=
tes. Deinde ꝓpter rationē ꝛ orationē studio-
sius audientes ex feris ꝛ imanibus mites red
didit ꝛ māsuetos: ꝛ hoc quidē nō tacita videt
nec inops dicendi sapientia pficere potuisse. h
ille. Hoc idē poete signare volebāt qui fabulā
de orpheo fecerūt. qui taꝫ subtilis extitit citha
redus ꝙ flumina stare. siluas recurrere coegit
ceruā ꝯiunxit leoni. ꝛ leporē cani. ꝛ in inferna
libus furijs causauit pietatē. sicut recitat Boe
tius. iij. de cōso. Orpheus in rei veritate sapi=
entes designat: quoꝝ ē hoies vitiosos ꝛ a se in
uicē per passiones varias discordātes i vnam
ciuilitatē recolligere: ꝛ eos p leges ꝛ rōnes sa=
pientie castigare. ꝓpter qđ signant d̄r Sap. vj
Si delectamini in sedibus ꝛ sceptris o reges
populi diligite sapiam: vt in ppetuū regnetis.
Plus. Regna beata forent si vel cōtingeret eē
Phos reges vel reges phari. Boetius in de
cōsola. li. j. psa. iiij. At qui tu hanc sniam pla=
tonis ore sanxisti. Beatas fore respublicas si
eas vel studiosi sapiētie regerēt vel eaꝝ recto=
res studere sapie cōtigisset: tu eiusdem viri ore
hanc sapientibus capessunde rei publice cau=
sam eē necessariā monuisti. ne improbis flagi
ciosisqꝫ ciuibus vrbiū relicta gubernacula. pe
stem bonis ac perniciē iferrēt. Secūdo conue
nit huic scie hoieꝫ disponere ac dignificare ad
expugnandū hostilē aduersitatē. Eccs. ix. Ci=
uitas pua ꝛ pauci in ea viri: venit cōtra eā rex
magnus ꝛ vallauit eā extruxitqꝫ munitiōes p
gyrū: ꝛ facta ē obsidio. inuentꝰ ē in ea vir sapi
ens ꝛ paup: ꝛ liberauit ciuitatē p sapiam suaꝫ.
Et q̄r in antiq̄s ē sapia. Job. xij. ꝛ annoꝝ mul
titudo docet sapiam. Job. xxxij. Iō Alexan=
der magnus nullū in exercitu suo ducē habu
it nisi sexagenariū. vt magis senatores q̄ꝫ mi=
lites videret. Sciuit eni ꝙ quātūcūqꝫ hō sit for
tis viribꝰ ꝛ honestꝰ corpe: si sapia careat nihil
valet ꝓ rege vel duce. Vñ fm Arist. Sapiētis
ē regere ꝛ ordinare: sed fortium ē obseruare ꝛ
ministrare. Et hoc ē qđ d̄r Sap. vj. Melior ē
sapia q̄ꝫ vires ꝛ vir prudēs magis q̄ꝫ vir fortis.
¶ Tertio ꝯuenit huic scie hoiem disponere et
dignificare ad castigandū puerilē fatuitatem.
Prouer. xxix. Uirga atqꝫ correctio tribuet sa
pientiā. Puer aūt q̄ dimittit volūtati sue ꝯfū=
det matrē suā. Erimus igit apti p noticiā huiꝰ
libri ad gubernandū ciuilē cōmunitatem. Ad
expugnandū hostilē aduersitatē ꝛ ad castigan
dū puerilē fatuitatē. Et iō sicut scribitur Pro
uerbio. viij. audite disciplinā: ꝛ estote sapien=
tes: ꝛ nolite abijcere eam.

¶ Lectio II

Diligite iusticiam qui iudicatis terrā. Acturꝰ de sapia
sapientissimꝰ salomon in h libro vt
ad eam auditores alliciat sic ꝓcedit. ¶ Primo



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-277/0033
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG